secundo die vero 24
37 m[inuta] et 31 secunda
et pro tertio duas horas
et sic de singulis reliquis
~~in tabula~~ patent
in tabula ad presentem
etatem lune facta

Invenias etatem in ~~tabula~~ ostenditur
lune tabule [illegible]
usque ad horas 24 nam
luna post 15 diem
decrescit [illegible]
qua [illegible]
tabula [illegible] potest in
[illegible] lune

	etas lune	hore	minuta	2a	3a
29	1	0	48	45	46
28	2	1	37	31	33
27	3	2	26	17	20
26	4	3	15	3	7
25	5	4	3	48	54
24	6	4	52	34	41
23	7	5	41	20	28
22	8	6	30	6	15
21	9	7	18	52	2
20	10	8	7	37	49
19	11	8	56	23	36
18	12	9	45	9	23
17	13	10	33	55	10
16	14	11	22	40	57
	15	12	11	26	44
	16	13	0	12	31
	17	13	48	58	18
	18	14	37	44	5
	19	15	26	29	52
	20	16	15	15	39
	21	17	4	1	26
	22	17	52	47	13
	23	18	41	33	0
	24	19	30	18	47
	25	20	19	4	34
	26	21	7	50	21
	27	21	56	36	8
	28	22	45	21	55
	29	23	34	7	42
	hore 12	23	58	30	36
	m 44	24	0	0	0
	30	24	22	53	29

	m	s		
8	24	22	53	
ꝗ	12	11	26	30
8	6	5	43	15
16	3	2	52	52
32	1	31	26	26

pars	m	s	T	q
3a	16	15	15	20
6	8	7	37	40
9	5	25	5	16

Etatem lune ignorans ~~per~~ tabellam horarum
solis ~~fac~~ invenit hora que tunc est cadar
sub umbra quam luna facit ~~tunc~~ Ex [numerus] ~~ubi~~
que ostensorum tabelle horarum monstrat in secunda
tabella est numerus etatis lune

Per experientiam scitur etas lune ut doctrinam libro
ultimo horologiorum ubi de gubernatore
capitulo

Horas lune ad certam utilitatem multi scire satagunt.
quod qui dicte istius inveniuntur si horarum solarium
ad meridiem situaveris etiam luna per eo suam horam
signabit quia nunquam habet concordantiam cum hora
solis nisi cum in oppositione stat. Habentque tempore
lune horam cognitam multi pro investigando signo lune
horologio regendo vel luna si zodiaco fleret #o

Quaerens autem horam lune illa sub orizonte inventa
~~fac horarum~~ accipe horarum ad stellas factum
ut supra dictum fuit modo et supra tabellam horarum
et tabellam mensium colloca tabellam in circulis
in duos lunares divisa sit. Ex quo cum lune
horam investigabis pone ostensorium etatis lune qd
geam primum diei lunam mensis diem in quo es
~~et~~ ostensorium rotule horarum super etatem lune
dando tempori formam poli et deduc lingulam
ad stellam signatam ~~prout dictum fuit~~ et hora
lune horam habebis #. Tenendo mensem supra
quod tenendo pro horis solaribus quo mutando viam
prout dictum fuit

#o Horas quoque lunares observa
quo accessu et recessu
maris consulendo



Et adverte quod teneas ordinem
huius processus numerorum
~~signatorum in~~ fabricando instrumenta
sicut in figuris signatis

Horaria diurna fixa solsequiaque cum nocturnis
secundo labore non sunt tam grandis ut videmus
Astror[um] conferunt. Nunc de figura vel
ad quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

Incipit tractatus de compositione et utilitate quadrantis vetus

Geometrie due sunt partes theorica et practica. Theorica est que sola mentis speculatione quantitatum proportiones et earum mensuras intuetur. Practica est qua alicuius rei quantitatem ignotam ex principio sensibili mensuramus. Mensurationis autem artificialis que practica dicitur tres sunt partes scilicet altimetria planimetria et stereometria. Altimetria est qua solam altitudinis longitudinem querimus. Planimetria est qua rei latitudinem querimus. Stereometria est qua longitudinem latitudinem et profunditatem querimus et investigamus. Primo modo mensuramus lineatam dimensionem, secundo modo superficiatam, tertio modo dimensionem corporum. Tractatum igitur istum in quo docebimus mensurare omnia tria considerata secundum quod ad introductionem artis pertinet in tres partes dividimus. Nam in prima parte tractabimus de quadrantis compositione deinde [illegible] quarta [illegible]. Secunda parte de eo quod per ipsum experto et de utilitatibus eius. Est igitur quadrans quoddam instrumentum quartam partem circuli et quasdam lineas per sectiones continens per quod possumus cursum solis et eius declinationem et stellarum altitudinem puteorum profunditatem invenire. Fiat igitur quadrans. Primo accipiatur materia erea vel lignea vel alicuius [illegible] deinde reducatur ad formam quarte partis circuli. Verum fiat circulus in aliqua tabula plana cuius quarta adequatur quadranti et illius circuli rectissime accipiatur quarta pars ex centro. Et secundum illius quantitatem fiat quadrans et infra latera quadrantis dimetiatur spacium primo ex omni parte protrahendo duas lineas rectas continentes angulum orto rectum et infra angulum quadrantis qui angulus vocetur a. Et fiat secundum hanc artem protrahatur una linea secans ab angulo quadrantis b ad angulum c et dividatur in duas partes equales et in puncto medio divisionis ponatur pes circini immobilis et alius pes extendatur ad aliquam partem infra a quo puncto tunc intersecet hec linea recta infra latera quadrantis que infra se debent concludi et cum parte circuli extenso pede mobili circuli ad illum rectum. Postea similiter situ moveatur versus b et c et sit signetur locus in linea [illegible]

ita perfecta ubi pes circini tangit illam lineam que a centro dicto
intra a usque ad centrum contactu intra a. b. et c. ducuntur due linee recte
includentur infra se superius angulum rectum et inferius quartam partem
circuli protrahendo unam lineam circumferencialem que contineat eam partem
rectissime unius circuli. Et illa pars inferior quadrantis
ubi est illa linea circumferencialis vocetur limbus. Et ille
due alie partes extreme vocentur latera quadrantis et superlatus
quadrantis dextra et sinistra tabule producant eque distantes ab extre-
mitatibus laterum s. a. c. et sint perforate pinnis foraminibus
equedistantibus linee a. c. distendentibus. Item infra lineam
circumferencialem inferiore s. b. c. protrahantur linee due circulares
eque distantes inter quas dimittantur aliqua spacia intra
que possunt distingui a spacio inferiori minus quadrantem ut patebit
in figura. Et linea inferior s. c. b. dividatur in duas partes
equales et a centro medio dividens s. e. usque ad a protrahatur recta
linea dividens quadrantem in duas partes equales et quelibet pars linee c.
e. b. dividatur in 3 partes equales Et quelibet illarum partium in alias
3 et linee dividentes protrahantur a linea circulari inferiori ad lineam
circularem superiorem tantum occupando 3a spacia inter circulos
continencia 19 spacia inferiora quousque pars in limbo quelibet dividatur in
9 gradus equales et protrahantur linee dividentes ab inferiori circulari
linea ad aliam circularem sequentem primum spacium occupando et
erunt 90 gradus tot ut debetur esse in quarta parte celi et circuli
et istud spacium sic distinctum per gradus vocamus limbum
Eciam dimittatur spacium ad quantitatem 2 digitorum et dimidii
vel prope illud Et protrahatur linea circularis distinguens spacium
inferius a superiori et vocetur illa linea f g. Et linea illa dividatur
in 6 partes equales et notentur puncta dividencia ita quod cognoscantur
et vocentur h i k l m n et tunc ponatur quadrans in tabula
plana et taliter figatur cum clavis quod non moveatur de loco de
facili. Tunc alia tabula coniungatur ei equaliter superficiem in centro
et ita quod linea a c perpendiculariter sit protracta in continuum et directum

in illa tabula c et tunc ponetur unus pes circini
in puncto a et alius pes extendatur in linea a c extra quantumlibet donec
pes extremus in puncto a fiat mobilis et tunc fiat directe per puncta a h
¶ Contrahatur pes in linea a c versus a donec alius pes scilicet
mobilis tunc fiat per puncta a et h et iterum restringatur pes circini
restringatur pes circini et iterum contrahatur alius pes in dicta linea
versus a donec alius pes mobilis tunc fiat per lineam aliam et sic
fiat semper contrahendo punctum versus a in linea a c donec ~~lineam~~
6 linee protrahantur circumferentiales a puncto a ad b puncta h i k
l m n et iste linee erunt horarum quia per has accipiuntur hore
dierum artificialium ¶ Consequenter dicendum de cursore quomodo sit fiendus
¶ Fiat quod sua continuitas in spatio intercepto inter lineas circuli
in limbo inferiori c b et inter lineam circularem signorum que vocatur
zodiacus et in illa gravitate situetur quod tabula que curvat et
moveatur in illa curvitate a c b de [illegible] ¶ Illa quoque tabula
in longitudine 48 gradus habeat in limbo et si habeat
plures non debent esse cursoris et non debet esse ¶ In latitudine autem
dividatur in quatuor partes equales cum [illegible] in meis circularibus
et quelibet quarta in 3 partes equales et erunt omnes 12 ¶ Consequenter longitudo
cursoris dividatur in 2 partes equales per lineam rectam protractam
per totam longitudinem eque distantem ab extremis vocetur
et sic extremitas cursoris dextra et sinistra sit linea media
vocetur [illegible] ita quod superius [illegible] et inferius [illegible] ¶ Tunc ista
[illegible] spatia inferiora in latitudine cursoris et
3a superiora spatia continebunt 2as medietates zodiaci cum
signis et gradibus et [illegible] gradium [illegible] spatia intermedia
continebunt etiam medietates anni cum mensibus et diebus et [illegible]
dierum quoniam due medietates anni respondent duabus medietatibus
zodiaci ¶ [illegible] in una medietate anni mensis [illegible] per unam
medietatem zodiaci [illegible] alia parte [illegible] ita [illegible] duabus medietatibus
respondent [illegible] inferiora spatia [illegible] superiora ¶ Consequenter

incipiendo et pone scilicet 13 spatiis inferioribus et in 3bus
superioribus et postea incipiendo est pone in 3bus lineis
inferioribus iuxta lineam mediam quae est versus partem
ponatur linea media et inferiores super punctum altitudines duas
in limbo et quilibet tenet ii gradus et dimidium in limbo
quia tunc facta est declinatio solis in ariete et in fine ii gradium
et dimidii ponatur una pars regule et alia pars supra primum
ta et protrahatur una linea que occupet 3a spatia
inferiora et tria spatia superiora et ista spatia correspondent
signo scilicet inferius arietis et superius virginis. Postea in fine
ii gradium et dimidii quilibet continet ii gradus et dimidium
et reponatur regula sicut primus et protrahatur linea in 3bus
~~inferioribus~~ in inferioribus spatiis et in 3bus superioribus et
erunt 2 spatia duorum signorum quae tauri et leonis
quia illorum eadem est declinatio. Et tunc in fine cuiuslibet
sunt pro inter lineas iam protractas et in illo fine erunt spatia
et signorum scilicet geminorum et cancri. Commune fiat etiam alia in
alia parte cuiuslibet et ita quod postea dimittatur spatium ii graduum
et dimidii inferius et aliud superius et in istis 2 spatiis
scribantur et signa piscium inferius et libra superius
Item in 2bus spatiis quae gradum dimidii ponantur
etiam 2 signa aquarius inferius et sagittarius superius
Et quodlibet spatium de 2bus inferioribus spatiis correspondentibus
signis dictis datur unum per 3a partes hoc modo posita quod gradus describatur
inferius et unus gradum scriptus et super unum gradum
signorum et erunt 3a spatia inferiora occupata et 3a superiora
Et remanent 2 spatia intermedia in quibus scribantur
ut sic hinc fiat hoc modo. Videatur in tabula in quo
gradu capricorni incipiat januarius et super illum gradum
ponatur regula et super punctum a et protrahatur linea una 3a
spatia occupando quae sunt super 3a spatia inferiora. Post

ea videatur in ea dicta tabula in quo gradu aquarii incipit
februarius et super illud gradum ponatur unum caput regule
et aliud caput super punctum a protrahatur alia linea intercipiendo
ista spacia 3a eadem et in spacio intercepto inter 2 illas
lineas protractas per illa 3a spacia scribatur ianuarius
in superiori spacio littera 3a et in inferiori ponantur dies
mensis ianuarii et in spacio medio numerus dierum ut est
videndum et si mensis habeat 30 dies tunc dividatur ~~in~~ per partes
equales et quodlibet spacium dividi in quot dies et erant 30 eiusdem
mensis si autem habeat 31 diem tunc primo dimittatur spacium unius
diei secundum estimationem per primum intratum et residuum spacium dividatur
in 30 spacia et quelibet littera ... sicut prius Et tunc videatur
in tabula in quo gradu piscium incipit marcius et super illud
gradum et super a ponatur regula et protrahatur linea sicut
prius et erit spacium in quo scribetur februarius quod
solum 28 dies habet ubi primo dividitur in 28 spacia equalia quia quelibet tenet
a dies Et post ea videatur in quo gradu arietis incipit
aprilis et ponatur regula sicut prius et erit spacium marcii
de diebus et in numero dierum etc. Et post ea fiat ita de omnibus aliis
mensibus etc. Et iste quod december et maius debent scribi
ita quod una medietas littere scribatur infra inferiorem dierum inferiori
et alia medietas in medietate superiori adscribatur quia in 3bus mediis
et littera maximum ascendit sol in zodiaco et in 2 oppositis
Et sicut scribuntur menses in parte inferiori circuli ita
scribantur in parte superiori Et si quadrans sit magne
quantitatis tot sint spacia vel puncta sub mensibus quot sunt dies
in mense et linee continentes quot dies vel ... ut a
protrahant occupando 2 spacia ut melius scribantur numero
dierum et distinguantur inter se et linee distinguentes dies
non occupant in unum spacium Et cum quadrans non
sit magne quantitatis ponatur unum spacium pro 3 diebus vel
2bus si possibilitate quantitatis exposcit Et hec de compositione dicta sufficiant

Hec tabula docet in quo loco sit sol verus in esmn he
tum quando aliquid istorum sit perfectum et hic eodem fuit sciat primus

C fiat sic linea a b q c ab a usque ad circumferentiam signorum dicas
circumferentia fiat vel ab a usque a b si non fiat circumferentia
dividatur in 2 partes et in pro medio dictionis ponatur [pes] ~~pes~~ immobilis
immobilis. Alius pes extendatur usque ad punctum in quo a in
angulo et tunc iste pes mobilis sicut situ in quo tetigit dictum
punctum motu suo signet 2 puncta lineis descendentibus in quarta lata
quadrantis pro b sicut circumfer vel in contactu linee
medie et superioris circumferentiali linea in limbo sicut ibi circumfer
parallela habent 2 lineo recte occupantes 2 spatia C Et
utraque linea dividatur in 12 partes equales parallelantur
linee inter illas ~~ex utraque parte~~ divisiones designatas
2 linea spatia inter lineas ex utraque parte intercepta
dicitur ~~pare~~ spatia et scribantur superius in spatiorum margine

ab aliis quadrantis cum non a come stelle altimetre Et vertem
pro a ponitur clarius sub tali cum adiungemus filum de serico
sub tali in cuius filo exterius perpendiculum ponatur de plumbo vel alterius
rei ponderose et margarita perforata moveatur super filum
de loco ad locum et erit completa compositio quadrantis

Sequitur de compositione quadrantis
Nunc est de utilitatibus et operationibus
quadrantis que habentur per eum Si
igitur velis scire altitudinem solis
in omni hora per quadrantem pone
pinnam quadrantis versus solem et pinnam [illegible] versus te et dimitte
radium solis transire per ambo foramina duarum tabularum perforatarum
Et inde quot gradus ex gradibus in limbo ascendat perpendiculum et
respice numerum gradum [illegible] supra [illegible] et numerus gradum ostendet
altitudinem solis

Si velis scire in quoto
gradu signi sit sol ex die mensis
Primo considera respice in quo es et in quoto die illius mensis
Et pone filum perpendiculi super illud diem [illegible] nota
super quod signum sub illo mense et super quotum gradum signum cadit
filum quia in illo signo et in illo gradu illius signi erit sol

Si velis scire in quo gradu sit sol per tabulas
fort ad quadrantem video in quoto die mensis es Et in quoto
mense [illegible] Et scire debes quod quatuor [illegible] [illegible] est ad annum bissextilem
Secunda est ad annum primum post bissextum tertia est ad annum secundum post
bissextum Quarta est ad annum tertium post bissextum Et quere
tabulam respondentem anno in quo es [illegible] [illegible] es in anno bissextili

tres ad tabulam ad annum bissextilem et sic de ceteris et in t^a bis in p^a linea tabule contra dictum mensem in q^o es et sta^e die es: cont^a q^a cont^a: q^a die est eum q^e est de aliis in superiori capite tabule contra mensem in quo es descendendo sub illo mense directe in oppositum diei quod ante est p^o contra mensem in quo es inde signum et in signum gradum in q^o est sol.

Si velis scire declinationem
solis et q^a sit distantia eius
ab equinoctiali per eius strem pone filum super p^m capitis arietis et libre et nota ubi cadet filum in limbo. Deinde pone filum super gradum in quo est sol secundum arietem vel decem et nota gradus in limbo super quem cadit perpendiculum et computa quot sunt gradus in limbo inter p^m gradum et ultimum et tanta erit declinatio solis

Et si velis id per tabulam
gradum solis tu inveni in tabula in linea tabule declinationis et querere signum in q^o est sol in superiori capite tabule. Et accipe ex directo illius signi et gradus in tabula declinatione solis et habebis solis declinatione in illa die in quo accepisti gradum solis

Si vis scire latitudinem
regionis vel distantia
cenith ab equinoctiali seu altitudinem poli quod id est altitudinem solis accipias in meridie sole existente in p^o arietis vel libre et illam altitudinem subtrahe de 90 gradibus et residuum erit latitudo regionis seu altitudo poli. Vel sic accipe altitudinem solis in meridie et altitudine solis in meridie subtrahe solis declinationem eiusdem diei si sol est in signis septentrionalibus et quod post subtractionem vel additionem remansit subtrahe a 90 gradibus et habebis ex residuo latitudinem regionis seu altitudinem poli. Vel sic altitudinem alicuius stelle fixe notabilis m^a polo que in maiori altitudine de nocte et altitudinem minori de stelle

que in ~~maiori~~ minori altitudine in eadem nocte uel alia
et minor altitudo subtrahatur de maiori et medietas
residue addatur altitudini minori et quod inde peruenit est altitudo poli scilicet
latitudo regionis

Si uis scire horas diei
in omni regione inde latitudinem
regionis siue altitudinem poli que
dem est que est in montepessulano 44 gradus fere et posuimus 48 gradum
et computa tot gradus in limbo quadrantis incipiendo a latere
quadrantis super quo infixe sunt tabule perforate et minus ille tertie
pone cursorem donec primum arietis cadat sub ipso perpendiculo directe et
talis fient quadrantis in regione illa ¶ Vel sic accipe altitudinem
solis in meridie et tunc moueas perpendiculum a situ in quo cadet et moue
cursorem donec dies in eius meridie ~~ccc~~ cepisti altitudinem cadat sub
perpendiculo et iste erit situs perfectus cursoris in illa regione ¶ Con
gruenter quando sol fuerit sic dispositus pone perpendiculum super diem in eius hora
instrumento et trahe margaritam donec cadat super lineam meridionalem
ultimam que est finis 6e hore ¶ Postea permitte radium solis
transire per utrumque foramen et nota locum margarite in horis
quia ipsa ostendit tibi horam diei in quo es si enim cadet super lineam
primam meridionalem erit prima hora ¶ Si supra secundam 2a si super
tertiam 3a et sic deinceps

Si uis idem scire per quadrantem
sine ~~scire accipe~~ ... tabulis
quadrantis gradum solis in tabula declinationis accipe eius declinationem
et eam subtrahe de altitudine regionis in qua es si fuerit sol in signis
septentrionalibus uel adde si fuerit sol in signis meridionalibus et quod fuerit post
subtractionem uel additionem residuum tene et tot gradus computa in limbo a
latere quadrantis super quo infixe sunt tabule perforate et pone perpendiculum
ut tangat numerum Et moue margaritam usque ad lineam meridionalem et iste
erit situs margarite ad totam diem ¶ Tunc permitte
radium solis transire per utrumque foramen et nota locum ubi cadit
margarita et scies horam sicut prius

Canones quadrantis est de mensurationibus
et primo de mensuratione rerum altitudinum
¶ Si vis scire altitudinem
alicuius rei accessibilis respice altitudinem rei per ambo foramina
uno oculo Et accede ad rem vel recede ab ea tam diu donec
perpendiculum cadat super lineam mediam quadrantis id est super 45
gradus. Deinde accipe altitudinem oculi tui usque ad plantas
et tu accipias recte quanta est altitudo oculi tui
ad terram et nota locum. Deinde mensura quot sunt pedes
inter locum et fundamentum turris vel alterius rei mensurande
et habebis altitudinem eius ¶ Si non res non est in aliquo loco plano
respice aliquam partem in re illa mensuranda donec perpendiculum cadet
super lineam a b que est in sinistro latere quadrantis scilicet eam
partem et tunc similiter accipias altitudinem que est ab oculo tuo
usque ad terram. Si illius altitudinis sit altitudo partis notata in terra
tunc quantum est inter pedem tuum et rem mensurandam tanta est
altitudo a pede notato superius computando adde tunc illi
altitudini altitudinem pedis notati in terra et habebis quantum
¶ Vel sic respice summitatem altitudinis rei per ambo
foramina sicut prius et considera super quem locum quadrantis cadat
perpendiculum et si stetit vel descendit super latus umbre recte sicut in
dextro latere sume numerum punctorum umbre recte respiciendo super
quem punctum cadat perpendiculum ¶ Si autem cecidit super latus umbre
verse primum numerum punctorum istorum divide per 144 et quod exierit post divisionem
sume ¶ Deinde mensura distantiam inter te et turrim et quod fuit
in hac distantia multiplica per 12 et productum divide per numerum punctorum
umbre prius sumpte et quod exierit super id adde quantitatem tue altitudinis
et id quod remanserit erit altitudo turris ¶ Item hoc idem fit solis
lumine per umbras sic. Expecta donec sol sit in altitudine 45
graduum tunc umbra cuiuslibet rei est equalis rei mensura tuam umbram
et habebis altitudinem rei in aliis autem horis erit proportio cuiuslibet
umbre rei ad rem sicut in eadem hora est proportio umbre proprie

umbre recte ad 12 ut si fuerit 6 puncta in umbra recta quod est medietas
de 12 erit tunc umbra rei medietas rei ad altitudinem et sic
de aliis ¶ Et ad hoc quod scias omni hora accipe umbras .i.
oportebit te mutare umbram rectam in versam et e converso ¶ Item si
ex umbra versa habere volueris puncta umbre recte per numerum punctorum umbre
verse divide 144 et illud quod exierit post divisionem erit numerus punctorum umbre
recte ¶ Et si vis invenire umbram versam per rectam divide 144 per numerum
et erit punctorum umbre verse scilicet numerus divisionis punctorum umbre verse

• Si autem turris sint inaccessibiles
mensuranda vide summitatem
eius per ambo foramina et respice
numerum punctorum umbre recte sicut prius
et pono signum d in loco in quo
tu stas in hora consideracionis
et intellige quod foramina debent esse valde stricta per que debet solis
transire vel radius visualis ad rei altitudinem comprehensionem
aliter quandoque esset error ¶ Tunc elonges te a turri vel appropinques
per lineam rectam cum turris altitudinem respice et quere numerum
punctorum umbre recte ad hunc situm in quo secundo stabis et pone signum
e in illo loco et mensura quot sunt pedes inter 2 signa et retine
illud ¶ Post ea subtrahe numerum minorem umbre recte de maiori et
situetur differencia et distanciam inter duo et loca multiplica per 12 et
productum divide per differenciam prius acceptam et illi quod exierit adde
quantitatem staturae tuae et quod remanebit erit altitudo turris ¶ Item
si tu steteris in valle et altitudinem turris alicuius stantis in monte
volueris metiri considera primo altitudinem montis et turris simul
per stacionem sicut fecisti prius immediate dictam ¶ Deinde considera
altitudinem montis per se et ea subtrahe de altitudine turris
aggregati simul et residuum est altitudo turris

Si autem non habeas quadrantem
et velis mensurare altitudinem
accipe unam virgam et erigatur
super planum perpendiculariter que habeat notam quantitatem et tunc pone

oculum tuum iuxta terram movendo caput huc et illuc donec
radius visualis transeat per summitatem virge et per superiorem
partem altitudinis turris ¶ Deinde considera quantum est inter locum super
quem est oculus in hora consideracionis et inter inferiorem partem
altitudinis rei et istam multiplica per quantitatem altitudinis
virge et totum id productum divide per distanciam inter oculum et
virgam et exibit in numero denotante quociens quantitas
altitudinis rei ¶ Item aliter idem ipsum scilicet per umbras quando
in aliqua ~~die ipsum~~ rei cuius altitudinem volumus cognoscere umbra
facta est super planum tunc in fine umbre rei mensurande ita quod una
pars virge cadat in umbra et alia pars extra umbram et nota
locum in virga ubi incipit tangere virgam et per
quantitatem virge que est inter contactum umbre et planum multiplicetur
quantitas tocius umbre que est inter inferiorem partem rei mensurande et finem
umbre et productum divide per quantitatem umbre que est inter finem
umbre et virgam et exibit altitudo rei mensurande

Item aliter satis generaliter ponatur
speculum in plano et procede
huc illuc donec videas in speculo rei altitudinem et per altitudinem
oculi tui a plano multiplicetur quantitas que est inter inferiorem
altitudinis partem et speculum et productum dividatur per distanciam inter
pedem tuum et speculum et exibit altitudo rei mensurande

Secunda pars mensurandi huius
doctrine que est planimetria habet duas partes ¶ Prima est de arte mensurandi
planum in longum tantum ¶ Secunda in longum et altum ¶ De prima igitur primo
dicitur ¶ Cum volumus mensurare longitudinem alicuius plani quadrati
sta in extremo tuo plani et respice altum tuum plani per ambo foramina
tenendo centrum quadrantis in quo olamus cum filum inmoctitur iuxta
oculum et centrum quadrantis per quantum intrat tabula contrarie versus planum
mensurandum ¶ Cum respecto tuo plani mensurandi accipiatur

minus pedis umbre recte et per multiplicetur quantitas ab
oculo tuo usque ad pedem et productum divide per numerum pedis
umbre recte et exibit quantitas longitudinis plani

Vel sine quadrante erigatur
virga una perpendiculariter in ex-
tremo plani terre vel aque C. Et ea exempli gratia vocetur planum b. c.
Et virga erecta a. b. et virge a. b. insistat alia virga
eque distans plano constituens cum virga a b angulum rectum
et sit virga c d C. post ea iuxta virgam erectam ponatur
oculus tuus et respiciatur ad terminum plani mensurandi
et vocetur pes in virga c d per quem transit radius visualis
et sit ille pes in linea virge c. d. pes d per quem transit
radius C. Deinde per quantitatem c d multiplica quantitatem a.
b. et productum deinde per quantitatem a c et exibit
c b longitudo plani quesita

Item sit per speculum ut
intelligatur superior figura
iaceat in plano sicut primus et iaceat intelligatur circa
et linea que ibi signabat altitudinem modo signabit plani
longitudinem et reliqua que primus signant planum sic linea
perpendicularis instant longitudini in plano in quo deinde ponam
speculum circa super unum latus eius et tu stabis inter speculum
et terminum plani in linea directa

Si autem vis mensurare planum
in longum et latum tamen
planum aut erit circulare aut angulare C. Si circulare medietas
diametri ducatur in medietatem circumferentie et productum
dabit aream totius circumferentie circuli ~~[struck]~~ C. quantitas
vero circumferentie habetur sic triplicetur diameter et

addatur 7 ii per se et productum dabit quantitatem circumferentie
¶ Si autem quantitas fuit triangularis tunc si sint equalitatis
mensurare sic ¶ Videatur unum latus trianguli in 2 partes
equales et a puncto divisionis ad angulum oppositum trahatur una
linea recta tunc linea sic ducta in unam partem lateris divisi habebitur
quantitas trianguli ¶ Si autem triangulus fuerit ~~cum~~ 2 latera equalia
et 3m id est quod latus diversum dividatur illud in 2 equalia et a puncto divisionis protrahatur
linea ad angulum oppositum et una medietas linee divise ducatur
in lineam protractam ab angulo ad punctum divisionis et productum dabit
aream ¶ Si autem fuerit 3m latus inequale ~~tunc~~ ab angulo ad
latus oppositum trahatur ~~perpendicularis~~ perpendicularis ducatur
ad illam perpendicularem et producti medietas dabit aream eius
¶ Si autem superficiem quadratam vis mensurare duc unum latus
in alterum et productum dabit aream eiusdem ¶ Item si quadranguli
vis superficiem metiri ducatur minus latus in maius et productum
dabit aream eius ¶ Item si superficiei pentagone vis aream
habere sic si sit equalium laterum tunc unum latus in se ipsum ducatur
et productum ternario multiplicetur et a summa excrescente
subtrahatur quantitas unius lateris et medietas totius
erit area

Item est de mensurandarum
altitudine et planicie ¶ Nunc de puteorum profunditate et
nostrum capacitate dicamus ¶ Si quis vis putei profunditatem
metiri ab uno latere putei respice cum quadrante in fundum oppositi
lateris in profundo putei et nota quantitas diametri latitudinis
putei accipiat quis hora consideracionis numerum punctorum umbre in
latere quadrantis et multiplica quantitatem dyametri latitudinis
putei per 12 et divide per numerum punctorum umbre et exibit quantitas
putei et profunditas ¶ Si vis putei capacitatem mensurare
per aream putei metiri ut supradictum est multiplicetur profunditas
putei et productum dat putei capacitatem ¶ Si vis columpne
et productum eius dabit superficie ¶ Si vero aliquis modii rotundi
vis scire capacitatem subtrahatur dyametri tunc modii et

diametri superior et equatur medietas excessus maioris addita
minori et minimi et tunc area fundi ut dictum est de circulo
Et indicatum quot digitorum sit vel palma per aream
illam multiplicetur altitudo modii ¶ Consimiliter si aliquis
cupe scire an pro una urna denarii ~~sciret quot denariate~~ scilicet
teneris mensuram vini quantitas multiplicetur in numerum
quantitates mensure prius et denominatum dividet numerum vas continetur
in modio et ita scire primum vas fuit unius denarii sciret quot
denariate vini sunt in modio ¶ Circa autem dolii capacitatem
inveniendam primo inveniemus aream fundi dolii per eius diametrum ut dictum
est prius post ea sume longitudinem sive vini capacitate
et per illam longitudinem multiplicetur et denominatum dabit quantitatem
dolii ¶ Consimiliter si habes modium et scire velis quot dolium continet
modium sume eius quantitatem modii denominato dabit quotiens
modium continetur in dolio ¶ Consimiliter si modius fuit unius numerate
vini scietur quot denaria terrarum erunt in dolio ¶ Circa autem quadrangulari
vasis capacitatem inveniendam sumatur area fundi vasis secundum
superius dictum que area multiplicetur per eius altitudinem
et productum dabit capacitatem eius

Explicit tractatus quadrantis veteris

Quoniam scientia astronomie
non completur nisi instrumentis
fuit necessarium sapientibus componere instrumenta in ea. Composuerunt autem
ex eis multa et diversa ex quibus melius est astrolabium Ptholomei
per quod quidem sciuntur plures ex motibus celestibus de facili valde
cuius nichilominus compositio est valde difficilis et tediosa propter multitudinem
circulorum et linearum que fiunt et propter hoc homines dimiserunt. Rursus
compositores perfecti illius scientie per annos [illegible] reperierunt [illegible]. Et ad
hunc et non habet perfectum usum cum [illegible] ob multitudinem tabularum
ratione diversitatis latitudinum locorum et climatum. Et priores
antiqui invenerunt quadrantem propter circulos qui intendebantur in accipiendo
solis altitudinem et horas diei et umbras et nichil aliud et tamen
cuius compositio et usus erat aliqualiter tediosus. Veniens autem cuius partem
sit undecumque perduxit nos ad notitiam quadrantis cuius compositio est satis
facilis per quem manifestantur omnia perfecte et absque errore que operantur
per astrolabium. Rursum alio modo quam per astrolabium et cum hoc
quod alia in quo possumus quot orizontes placebit locare cuius
tractatum in [illegible] divisimus capitula

Describemus circulum
a b c d super centrum e
Et dividemus ipsum in 4or partes
equales Et quelibet quarta pars dividetur
in 90a partes ¶ Deinde inclinabimus
a puncto b versus a quantitatem declinationis circuli signorum et faciemus
ibi notam ¶ Deinde ponemus super notam illam et super
punctum c regulam et ubi regula abscindat lineam b e faciemus
signum sit z i f ¶ Deinde super centrum e faciemus circulum
secundum longitudinem linee e f ¶ Et sit quod ille circulus f g
h. in quo erit revolutio capitis cancri ¶ Deinde inclinabimus
a puncto b versus c quantitatem declinationis circuli signorum et faciemus
ibi notam et protrahemus lineam e b extra et ponemus similiter
ponamus caput regule super c. et super dictam notam et ubi
regula abscindet extra lineam e. b. faciemus notam Et
scribemus ibi i ¶ faciemus super centrum e secundum longitudinem
ei circulum i k in quo est revolutio capitis capricorni
¶ Deinde videmus lineam h k in duo media in puncto l et
dividemus lineam e a versus partem quantitatem el ¶ Et sit quod ibi m.
¶ Erit quod punctus l centrum circuli medio et pars in
continuum circuli b. g. qui est mediotus circuli solis ¶ potest
dici 3o per alio modo reperire quod similiter a puncto d. per ambo
lata lex [illegible] quod partem que est duplum declinationis ¶ fiat quod nota
in utroque signo post ea si ponas regulam super c notas [illegible]
[illegible] ¶ Secunda quando inveniemus ad dividendum partes altitudinis
inclinabimus a puncto a versus b partes quas volumus de zo
¶ Et pone regulam super punctum c et super quam partem
sine gradus ab a versus b et ubi regula abscindet lineam
e b faciemus signum ¶ Secundo ponemus regulam super punctum
c et super 10 partes a puncto a versus b. ¶ fiat z [illegible] signum
a puncto abscissionis sic quod fiat [illegible] ascendendo per
usque quo [illegible] in puncto b ¶ Postmodum ponemus
regulam in puncto c et super 9 partes a puncto b versus c
¶ Erit quod dividemus per 9 usque quo [illegible] super punctum l

¶ Et quia venimus ad lineam media(m) latitudinis accipiemus duas lineas
inferiores et computabimus eas per illa quarta in qua illa
dividatur in 30 partes et incipiemus ea(s) a puncto c usque d. ¶ Item
accipe quam volueris latitudinem et pone unam super punctum c et super
numerum eius latitudinem queris ¶ Et protrahe lineam c d.
recta(m) et ubi regula abscindet lineam c d ibi erit centrum
circuli illius orizontis et si abscindat de linea c b
linea equalis linee inter se a b c d ibi erit complementum
illius orizontis ¶ Ubi gratia volumus scire
circulum latitudinis de 90 computabimus quarta a puncto
c usque d 90 habebimus n ¶ Et nunquam ponemus
unam super puncta et eius dyametri linea e b super
punctum c erit quia pes centrum latitudinis de 90 sunt
faciamus unum super centrum e 2 circulos quorum
unus est loco medietatis circuli equinoctialis qui
est ab oriente arietis usque in fine virginis ¶ Alter
est loco medietatis circuli equinoctialis a libra usque in finem
piscium dividemus et circulos in partes equales secundum quod
volumus et circulum unum dividemus in 30 partes
quo quando partes dividantur secundum ascensionem circuli signorum
in circulo directo ¶ Item dividimus lineam c b in
90 partes equales et quia denominantur ad signa usque medietatem
loca stellarum fixarum sciamus primo loca earum in longitudine
et loca graduum quibus mediant celum ¶ Et si aliqua
ex hiis stellis sint a tali parte protrahemus lineam a puncto m
ad locum longitudinis eius ¶ Et a puncto protrahemus
lineam ad locum ubi mediat celum et ubi hee due linee
sibi invicem obviabunt ibi erit locus illius stelle ¶ Et
si fuit stella in parte meridiei operare a puncto e sicut operatus
es cum puncto m ¶ Et si volumus hoc opus abbreviare tantum
hoc facias cum una sola linea protrahe a puncto c usque ad
locum in quo stella mediat ¶ Et scias quod in tabulla
latitudinis stelle respectu equinoctialis semper est adiunat

vel meridiei. Deinde pone lineam super partem altitudinis ita tamen quod
extremitas eius inferior descendat a puncto. Et ubi linea cadet
super partem altitudinis fac signum in linea. Deinde transfer lineam
super locum ubi stella mediat celum. Et ubi cadet signum
in linea stelle dat locum

Est autem sciendum quod meridies
descriptus in horis seu extremitate
zone interior sit gradus continet signorum
describendi primo ab 1 usque ad 30 a
dextris eundo versus sinistram denotantes gradus qui sunt a principio arietis usque
in finem geminorum. Rursus scribendi sunt a 30 usque ad 1 regrediendo
ad sinistram versus dextram. Comprehendit gradus a principio cancri usque
in finem virginis. Scribe ad hunc modum a 1 usque 30 eundo
a dextris ad sinistram in quibus comprehenduntur gradus a principio
libre usque ad finem sagittarii. Et ad hunc modum scribendi sunt a 30
usque ad 1 eundo ad sinistram versus dextram qui comprehendunt gradus a principio
capricorni usque ad finem piscium. Et circumscribuntur supra eos nomina
signorum. Et tunc supponuntur eis et sic zodiacum continens 12 signa quo inscribi-
tur

Gradum a dextris ad sinistram dividuntur secundum ascensionem eorum in
circulo recto vel equinoctiali et super eum circumvolvitur caput capricorni
et post ipsum in illo medio descriptus equinoctialis super quem circumvolvitur
caput arietis vel libre vel post ipsum circulus super quem circumvolvitur
caput cancri etc. Sunt omnes circuli descripti super idem centrum etc. Et
quando describe circulos signorum in 2 circulis quorum minus incipit
a capite circuli equinoctialis et ducitur usque ad circulum cancri
Et sic in illo arcu 6 signa attollitur que sunt a principio arietis usque in
fine libre etc. [illegible] 3a a sinistris usque dextram alterum circulum arcus
conducitur ab eodem principio equinoctialis usque ad circulum in quo circumvolvitur
caput capricorni etc. in

eo scribuntur 6 signa in medio linea que est a parte libre in fine piscium
et scribuntur stelle a dextris ad sinistram et a sinistra ad
dextram ¶ Stelle autem poste in facie huius instrumenti cognoscentur
cuius sunt signi secundum calorem eorum vel situm ¶ Item describitur
6 arcus qui sunt arcus horarum ¶ Ex quibus 6us est arcus medie diei
¶ Et iterum describemus quendam circulum qui constituit angulum
rectum super primum arcum medie diei et dicitur circulus oppositi ¶ Item
describitur arcus orizontis inequalium quarum unus super alterum placitum
vel secundum diversitates latitudinis vel climata accipitur ¶ Cum his tamen
orizon ex orizontibus complet vel 2os arcubus ¶ Orizonte
sunt etiam denotant lineam in qua scribuntur numeri denotantes
cordas arcuum versas 17 usque ¶ Ex alia parte circuli est linea
recta in qua sunt partes altitudinis et declinationis ex quibus
orizonte recto super ceteram facientes angulum rectum et super eam sunt
numeri denotantes ab uno usque ad 90 ¶ Item describitur quadrans
umbrarum ¶ Item est ibi filum egrediens a centro in quo est
almuri et plumbum ¶ Item sunt 2e tabule perforate quibus
accipitur altitudo cuiuslibet rei ¶ Describitur etiam in dorso eius
circulus mensium et dies eorum et circulus signorum et eorum
gradus et mansiones et lune et filum egrediens a centro

Cum cognoscere mansionem lune
[illegible] cum volueris scire in quo signo
sit sol et in quo gradu eius pono filum quod est in dorso super diem
quem scis ¶ Et nota super quem ex gradibus signi eius cadat
filum quia ille denotat locum solis in illo die et scire mansionem
per mansionem solis ¶ Et si volueris scire mansionem lune scito
mansionem in qua fuerit sol in genere et luna et numera ab illa
mansione dies qui preterierunt a [illegible] et ubi [illegible] numerus dierum denotabit
mansionem lune in illo die ¶ Est tamen sciendum quod hec demonstratio non est
aliquo modo eo quod luna non per [illegible] equaliter omni die ¶ Cum autem inveneris
locum solis in dorso nota eundem locum vel gradum in eodem signo circulo
signorum in facie instrumenti descriptos ¶ Et extra facies demonstrationes
tuas sicut placebit tibi

Cum igitur hec scire volueris
in quo gradu arcuum illius orizontis
in quo volueris hec scire et videas
partem que partem ex linea altitudinis
scendat arcus illius orizontis et quod occurrit de ex gradibus
ascendentibus denotabit altitudinem illius vel loci. Et quod occurrit
illud ex gradibus descendentibus denotabit solis in meridie ex equatore
in principio arietis et libre in illo orizonte. Cum volueris
scire altitudinem solis in meridie in quolibet ex gradibus circuli in quo
latitudo ille si fueris in parte septentrionali pone filum super illum gradum
linea altitudinis scire volueris in meridie et pone idem almuri. Vide
filum almuri super gradus descendentem linea altitudinis et minimum gradum
quem ibi inveneris adde cum medio prius denotata altitudinis capitis arietis
in illo orizonte cum minus per dem denotabit altitudinem solis in
illo gradu in meridie. Cum si fuerit altitudo quam queris in parte meridionali
pone almuri super gradum illum cuius queris altitudinem in meridie. Vide
deinde almuri super lineam altitudinis et quod abscindet de ex gradibus
dictis subtrahitur ab altitudine capitis arietis illius loci et quod
remanebit denotabit altitudinem in meridie illius gradus. Cum
si volueris scire meridiane ascensionem alicuius ex stellis hic positis
pone super eam almuri. Vide deinde eam ad lineam altitudinis.
Et si cadat in parte septentrionali adde illud altitudini capitis
arietis in illo loco Et si in parte dextra meridiane subtrahe
eadem altitudinem et quod super erit secundum additionem vel subtractionem denotabit
altitudinem eius in illo loco. Cum si volueris scire altitudinem
solis in qualibet hora scito altitudinem in meridie illius diei
et quere situm minutum solis in equinoctiali circulo et pone filum
scilicet inde in quo loco abscindat situm meridionalem
et pone ibi almuri. Consequenter pone talem instrumentum ad
solem donec per foramina utrumque tabule transeat radius
solaris Et ubi cadit filum in equinoctiali erit sol altitudo in
hora Et almuri denotabit tibi tunc horam presentem

sit in debitis sive in diis sit super quod cadat et que ex ea abscindat
Et si velis scire quot partes transierunt illius hore pono
almuri super principium illius hore Et inde altitudinem eius notando
locum abscisionis fili in equinoctiali Deinde pono almuri
super finem eiusdem hore et sic eius altitudinem sicut prius
tunc considera differentiam per altitudinem quam inde ad comparationem altitudo
prius accepta ad [illegible] dicam in qua est illud quod abiit ex hora
ad horam

Est quod scito quod portio intercepta linee altitudinis inter primum vel
caput capricorni et caput arietis et libre circuli medii
denotat maiorem vel maximam declinationem zodiaci ab equinoctiali
et scito portio intercepta inter caput arietis et libre circuli
medii et caput cancri parallelli superioris denotat maiorem
vel maximam declinationem ex parte alia Et si velis eam scire
in quolibet gradu eius declinationem scire et pone illud
almuri Deinde duc filum ad lineam altitudinis et
si fuerit in parte septentrionali cadet super gradus descendentes linee
altitudinis Et si non fuerit in meridionali cadet in parte
declinationis et quod abscindat in parte declinationis linee altitudinis
denotabit quantitatem declinationis illius gradus ab equinoctiali

Pone ergo almuri super caput
cancri et duc ipsum donec
abscindat circulum orientis deinde volvas et nota locum abscisionis
fili super equinoctiali in fine (?) quod computatur a principio eius a parte
orizontis recti et adde nonaginta illud gradus et quod provenit
ex tali additione denotabit medietatem arcus diei
longioris Et inde quantitatem per diem equinoctialem a parte linee
altitudinis et illud denotabit medietatem arcus brevioris
diei Et si velis scire arcum diei in quolibet gradu
